

Kirchweih- und Markturkunde für Schwäbisch Hall vom 10. Februar 1156

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Bechardus dei gratia secus Wirriburgensi ecclesie episcopus. notu facio omnibus tam futuris quam presentibus. quod monasterium halle p[ro]mittente beate memorie adalberto uenabili kamburgensi cenobii abbe. omnium suorum suorum uentura annuente. in eorum fundo ab incolis illi loci edificatum est. Successore uero ei domino begnoto abbe p[ro]p[ri]o consensu suorum suorum p[ro]uente. et dotem tam in mancipiis quam p[ro]p[ri]is p[ro] liberalis man[er]u[m] aduocati sui scilicet ducis friderici ad idem monasterium tradente. p[ro] no[m]i[n]e in honore d[omi]ni n[ost]ri ihesu christi. s[an]c[t]e genitricis eius uirginis Marie. et uictoriosissime s[an]c[t]e Crucis. s[an]c[t]i Michaelis archangeli et omnium celestium uirtutum. et s[an]c[t]orum apostolorum martirum. s[an]c[t]orum uirginum. quorum nomina sub descriptura inueniunt. consecratum est. Sumit autem tam edificatio quam consecratio prefata monasterii ea institutione et ordinatione celebrata est. ut in parrochiam quousque est. fuerit in ecclesia. Steinwac. utpote filia in matris curia et potestate absque ulla contradictione permaneat. Iuxta hec quoque instituta. pacem perpetua eidem monasterio et agro p[ro]p[ri]o ei designato. et tam p[ro]p[ri]is quam mancipiis in dote ad p[re]sentem collatis et in futuro a fidelibus s[an]c[t]is. auctoritate beati Petri apostoli successore. et apostolorum uirorum. n[ost]ra quoque uirorumque successore secus Wirriburgensi episcopo. p[ro] ut iusticia exigit firmam. Et si quis quod absit temerario ausu hec impugnat. uolaret. et aliquem immunitate p[re]sumpserit. hunc perpetuo anathematis uinculo inuodam. Nota sunt autem hec. Anno incarnationis d[omi]ni. Millesimo. centesimo. trigesimo. sexto. primo idus mensis augusti. quarto autem regni eius. Indictione quarta. Quarta idus februarii. Testes autem qui presentes hiis inter fuerunt. hi sunt. Bobbo abbas. s[an]c[t]i Burchardi. Henricus abbas de murehart. Beignot abbas. et Burchardus p[ro]curator de kamburg. Reginaldus. s[an]c[t]i kyliani archidiaconus. Henricus. Adalbertus capellanus. Henricus. Ruitperg. Heroldus parrochianus. Liberus autem ordinationis. dux fridericus. Fridericus de hirsreth. Henricus de Trumberg. Hartmannus de schillingst. Berengerus de bnuiluet. Arnoldus de dierbach. et alii complures. Preterea notu sit omnibus scire uolentibus. quod annuente imp[er]atore friderico ibidem tam episcopus quam ducatus n[ost]ri potestate. sollempne s[an]c[t]um ante et post festum. s[an]c[t]i Michaelis. octiduum septem diebus celebrandum indixim. et eo eundem et inde reuerentibus ante et post idem festum p[er] xiiii. dies pace auctoritate n[ost]ri ordinis et officii. sub anathemate firmam. Hec autem ut p[ro] succedentia tempora a fidelibus uestris credant. et diligentiori cura obsequent. capitula descripta. et impressione n[ost]ri sigilli dignum ducimus confirmari. Hec sunt Reliquie in altari s[an]c[t]i Michaelis arch[iepiscopi] recondite. De ligno d[omi]ni. De ueste. s[an]c[t]i Marci. Iohannis bapt[iste]. Petri. Bartholomei apostolorum. Luce euang[eliste]. Stephani p[ro]ph[ete]. Dionisi. Bonifacii. Ianuarii. kyliani. Iohannis et Pauli. Christophori. Sigismundi. Floriani. Vitini. Swithun. Gangulsi. myrum. Nicolai. Arnolphi. Gotthardi. Cypriani. Galli s[an]c[t]orum. Cecilie. Margarethe. Ursule. Scolastice. Walpurgis. xi. mil. et aliorum quorum nomina n[on] sunt descripta.

Bildrechte: Staatsarchiv Ludwigsburg (B 375 S U 487 a)

Die Kirchweih- und Markturkunde für Schwäbisch Hall

10. Februar 1156

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ego Gebehardus, dei gratia sanctae Wirciburgensis ecclesiae episcopus, notum facio omnibus tam fu | turis quam presentibus, quod monasterium Halle, permittente beatae memoriae Adilberto, venerabili Kambergensis cenobii abbate, omnium fratrum suorum | conventu annitente, in eorum fundo ab incolis illius loci | aedificatum est. Successore vero eius, domno Gernoto abbate, pari consensu fratrum suorum, pe | tente, et dotem tam in mancipiis quam prediis per liberales manus advocati sui, scilicet ducis Friderici, ad idem monasterium tradente, per nos in hono | re domini nostri Ihesu Christi sanctaeque genitricis eius virginis Mariae et victoriosissimae sanctae crucis sanctique Michahelis archangeli et omnium caelestium virtutum |⁵ et sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, quorum nomina subtus descripta inveniuntur, consecratum est. Primitus autem tam aedificatio quam consecratio pre | fati monasterii ea institutione et conditione celebrata est, ut in parrochiani, quicumque est vel fuerit in ecclesia Steinwac, utpote filia in matris cura | et potestate absque ulla contradictione permaneat. Iuxta haec quoque instituta, pacem perpetuam eidem monasterio et atrio per circuitum eius designato, et | tam prediis quam mancipiis in dotem ad presens collatis et in futuro a fidelibus conferendis, auctoritate beati Petri apostoli successorumque eius apostolicorum virorum, nostra quoque | nostrorumque successorum sanctae Wirciburgensis episcoporum, prout iusticia exigit, confirmamus. Et si quis, quod absit, temerario ausu haec impugnare, violare, vel aliquatenus immu |¹⁰ tare presumpserit, hunc perpetuo anathematis vinculo innodamus. Acta sunt autem haec anno incarnationis dominicae millesimo centesimo quinquagesimo sexto, primo | vero imperii imperatoris Fridrici semper augusti, quarto autem regni eius, indictione quarta, quarta idus Februarii. Testes autem, qui presentes his interfuerunt, hii sunt: Bobbo, abbas de sancto Burch | ardo. Heinricus, abbas de Murrehart. Gernotus, abbas, et Burchardus, prior de Kamberg. Reginhardus, sancti Kyliani archidiaconus. Heinricus, Adilbertus, capelani. Heinricus, Ruot | pertus, Heroldus, parrochiani. Liberae autem conditionis: dux Fridericus. Fridericus de Bilrieth. Heinricus de Trimberg. Hartmannus de Schillingisfirst. Beringervs | de Binizuel. Arnoldus de Dierbach, et alii quamplures. Preterea notum sit omnibus scire volentibus, quod annuente imperatore Fridrico ibidem, tam episcopatus quam ducatus |¹⁵ nostri potestate, sollemne forum ante et post festum sancti Michahelis continuis septem diebus celebrandum indiximus, et eo euntibus et inde revertentibus ante et post idem festum | per XIII dies pacem auctoritate nostri ordinis et officii, sub anathemate confirmavimus. Haec autem, ut per succedentia tempora a fidelibus verius credantur et diligentiori | cura observentur, cartula describi et impressione nostri sigilli dignum duximus confirmari.

Heae sunt reliquiae in altari sancti Michahelis archangeli reconditae: de ligno domini. de veste sanctae Mariae. Iohannis baptistae. Petri, Bartholomei, apostolorum. Lucae evangelistae. Stephani prothomartyris. Dyonisii, Bonifacii, Ianuarii, Kyliani, Iohannis et Pauli, Cristofori, Sigismundi, Floriani, Vithi, Swigberthi, Gangolfi, martyrum |²⁰ Nicolai, Arnolfi, Gotehardi, Egidii, Galli, confessorum. Ceciliae, Margarethae, Ursulae, Scolasticae, Walpurgis, XI millium, et aliorum, quorum nomina sunt descripta.

Württembergisches Urkundenbuch Bd. 1, 1849, S. 102 f, Nr. 354.

St. Michael in Schwäbisch Hall, S. 42 f.